Fragmentarium

Λc per hoc longe melius intelligit̄
illud iam tēpus significare uoluisse
in eo qđ ait. Adhuc modicū et mun-
dus me iā non uidet. quando in fine
sc̄li auferetur ab oculis dāpnatorū.
ut illi eum de cetero uideant apud
quos diligentes eum facit pater
atq; ipse mansionē. Modicum
autem dixit. quia et id qđ p̄lixū
uidetur hominib;. breuissimū ē
ante oculos dī. De hoc quippe mo-
dico iste ipse iob̄s ait euangelista.
Filioli inquit nouissima hora est.
Ne quis porro existimet patrem
tantummodo et filiū sine sp̄u sc̄o
apud dilectores suos facere mansionē.
Recolat qđ superius de sp̄u sc̄o dic-
tum ē. quem mundus n̄ potest
accipere. quia n̄ uidet eū. nec scit eū.
Uos autē cognoscetis eū. qa apud
uos manebit. et in uob̄ erit. Ecce
facit in sc̄is. cū patre et filio. sc̄s etiā
sp̄s mansionē. Intus utiq; tā quā
ds̄ in tēplo suo; ds̄ trinitas. pat̄. et
filius. et sp̄s sc̄s. ueniunt ad nos. dū
uenim̄ ad eos; ueniunt subueniendo.
uenim̄ obediendo; ueniunt illumi-
nando. uenim̄ intuendo. Ueniunt
implendo. uenimus capiendo; ut
sit nob̄ eo℞ n̄ extraria uisio. sed in-
terna. Et in nob̄ eo℞ n̄ transitoria
mansio sed eterna. Sic mundo
non se filius manifestat. Mundus
enī ē dictus hoc loco de quib; con-
tinuo subiunxit atq; ait. Qui non
diligit me. sermones meos n̄ seruat;
hi sunt qui patrē. et sp̄m sc̄m num-
quā uident. filiū autē non ut be-
atificentur. sed ut iudicentur. Ad
modicū uident. Nec ipsū in forma dī
ubi ē cum patre et sp̄u sc̄o pariter
inuisibilis. sed in forma hominis
ubi eē in mundo uoluit patiendo
contēptibilis. iudicando terribilis.

Q đ uero adiunxit. Et sermo quē
audistis non ē meus. sed eius qui misit
me patris. Non mirem̄. n̄ paueam̄.
non ē minor patre. sed n̄ ē. n̄ a patre.
Non ē impar in ipso. sed n̄ ē a se ipso.
Neq; enī mentitus ē dicendo. qui
non diligit me sermones meos n̄ seruat.
Ecce suos dixit esse sermones; nūqđ
sibi ē ipse contrarius. ubi rursus dix.
Et sermo quē audistis non ē meus.
et fortasse p̄pt̄ aliquā distinctionē
ubi suos dixit. Pluraliter dixit. hoc
est sermones. Ubi autē sermonem.
hoc ē uerbū. non suū eē dix. sed patris.
Se ipsū intelligi uoluit. In principio
enī erat uerbum. et uerbū erat apud
dm̄. et ds̄ erat uerbū. Non utiq; suū.
sed patris ē uerbū. Quoniā nec sua imago sed patris.
nec suus filius idem ipse sed patris. Recte igit̄ auctori
tribuit. quicquid facit equalis.
a quo habet hoc ipsum quia ille ē in-
differenter equalis.

EXPLICIT OMELIA. XXII.

INCIPIT OMELIA XXIII.

D eco qđ sequitur. hec locutus sum uob̄ apud uos
manens. usq; ad pacē meam do uob̄. non q̄m
mundus dat ego do uobis.

IN PRECEDENTI LECTIONE
sc̄i euangelii qua sequitur ista
quemadmodum tractata ē. Dn̄s sibi
dixerat se et patrē ad dilectores
suos eē uenturos. et apud eos
mansionē eē facturos. Iā uero
et superius dixerat de sp̄u sc̄o.
uos autē cognoscetis eū. qa
apud uos manebit. et in uob̄
erit. Unde intelleximus in sc̄is
tamquā in templo suo simul manere
trinitatē dm̄. Nunc autē dicit.
hec locutus sū uob̄ apud uos manens.
Illa itaq; mansio alia ē quam superius
p̄misit futurā cū patre. Hec uero alia
quā p̄sentē eē testatur; illa sp̄alis ē
atq; intrinsecus mentib; redditur.

3
b3270589

License: cc-by – Adelaide, State Library of South Australia, b3270589, SLSA_b3270589_recto – Aurelius Augustinus In Evangelium Ioannis tractatus (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ju1p/9824/71631)